



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 113. Carmelitæ Discalceati at Clemente VIII. in Persidem ad  
prædicandam fidem Catholicam ablegati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.  
A. C. 1604.

§. CXIII.

*Carmelitæ Discalceati a Clemente VII  
in Persidem ad prædicandam fidei  
Catholicam alegati.*

*Histor. Miss. Fidei lumen, quod S. Simon Apo-*  
*P. Joan. P. lus in Persidem invexerat, refig-*  
*part. I.* *scente Fidelium fervore vix non Se-*  
*Annal. Carmel. tom. I. culo VII. extinctum erat, quo tam-*  
*lib. 3. c. 1.* *dissipatis infidelitatis tenebris clamor-*  
*Baldwin. ad Sæc. XVII.* *dei lux rufus vastissima Persarum Re-*  
*Chron.* *gna illustrare cœperat, Persarum quan-*  
*Moral.* *plurimis unacum Isaëmano Rege Chi-*  
*stianorum Sacris nomen dantibus: Po-*  
*quam vero Ottomanica superstitione pre-*  
*valuerat, Catholica Religio Incolis pe-*  
*plura saecula pene incognita erat, ne-*  
*quod per Institutores Lusitanos rarus de-*  
*modum Evangelii rumor ad hoc regnum*  
*pervaderet, donec ad initium hujus se-*  
*culti Schiah Abbas seu Xaabas Perse-*  
*rum Rex Evangelium prædicandi libe-*  
*tatem indulserat. Pro messe autem*  
*quæ abundantior sperabatur, deenar*  
*Operarii: quocirca Clemens VIII. pro-*  
*pagandæ fidei studiosissimus primo po-*  
*suitas, qui Soæ morabantur, seleg-*  
*his vero commeatum & sustentationem*  
*ex ærario publico sibi ministrari posse*  
*lantibus, Indiarum Prorex, cum eorum*  
*voto satisfacere haud posset, Alexium*  
*Men-*

Menesium ex ordine S. Augustini assum- Sæc. XVII.  
ptum Goæ Archiepiscopum sollicitabat, A.C. 1604.

ut sui Ordinis Fratres propriis stipen-  
diis militaturos ad opus Evangelicum  
mitteret. Attamen Pontifex, se incon-  
*Ex Arch.*  
*Vat. Reg.*  
*Brev. t. 56.*

sulto, Divini Verbi Præcones in Per-  
fidem decretos ægerrime ferens, ex Car-  
melitis Discalceatis, ex quorum fami-  
lia jam ante viginti duos annos trede-  
cim in Regno Congi & Angolæ cum ad-  
mirabili fructu excurrerant, P. Pau-  
lum Simonem, Joannem Thaddæum,  
Vincentium, & Fratrem Joannem una-  
cum Francisco Rieliad de Peralta Sacro  
habitu induendo Persicæ Missionis Cul-  
tores decreverat, ut vero felicius res  
succederet, ipse Pontifex non modo ad  
Nuntios Apostolicos Venetum, Germa-  
num, & Polonicum, sed etiam ad Im-  
peratorem Rudolphum, Poloniæ Re-  
gem, Moscoviae Imperatorem, ac de-  
nique ad ipsum Persarum Regem lite-  
ras, ut vocant, commendatitias die  
trigesima Junii hoc anno dedit, ut hi  
Viri Apostolici honorifice ac tuto per  
infesta etiam Regna deducerentur. His  
igitur literis præmuniti unacum Sacris  
Calicibus, Reliquiis, imaginibus, libris,  
tribusque præsertim Evangelii tomis  
Arabice excusis die sexta Julii Roma  
excessere, ac tandem innumeris peri-  
culis & ærumnis fortiter superatis per

*Hist. Eccles. Tom. LIII. li Mo-*

Sæc. XVII. Moscoviam, Tartariam, & Pontum  
A.C. 1604. Euxinum, & denique per Armeniam  
 in Persidem delati, Haspahanium Regi  
 Metropolin appellunt, a Rege, ac  
 ministris perbenigne accepti, eo quod  
 Elias Propheta apud Orientales popu-  
 los adhucdum magna in veneratione  
 esset. Ibidem quoque Regis jussu non  
 ac percommoda domus eisdem tradi-  
 tur in monasterii formam redacta, et  
 in ea Regularia instituerentur exercita-  
 demum vero succendentibus plurimis  
 liis ejusdem Ordinis Fratribus ferme  
 innumeri tam Infideles, quam haereticos  
 præsertim Suriani seu Jacobitæ schismati-  
 cici ad veræ Ecclesiæ sinum revo-  
 cati fuere, ac etiamnum ab eis con-  
 nuato labore Evangelico revocantur.  
 His quoque Clemens edito diplomate  
 quod incipit *Dominici Gregis* die decimi  
 quarta Julii præter alia eaque amplius  
 fima privilegia concessit, ut quoscumque  
 haereticos etiam relapsos, apostatas &c.  
 in utroque foro, alias a casibus  
 Pontifici, Ordinariis & in Bulla curia  
 reservatis semel in vita ac urgente ne-  
 cessitatis casu absolvere & deficientibus  
 Parochis omnia Sacra menta adminis-  
 trare, necnon in votis dispensare vi-  
 leant, dictorumque fratum Conventus  
 unice eorum Superioribus Generalibus  
 subjaceant.

§. CXIV.